

Kamil Kantak

"Dzieje Kościoła OO. Franciszkanów w Krakowie w wiekach średnich", o. Kazimierz Rosenbaiger, Kraków 1933 : [recenzja]

Collectanea Theologica 15/2, 254-257

1934

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](#), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

gułą konieczną a nie motywem. Wierzymy więc właściwie nie Kościołowi, ale Bogu. Odnośnie do przyzwolenia umysłu „quoad assensum” obojętną jest rzeczą, w jaki sposób Bóg daną prawdę objawił, wyraźnie czy domyślnie. Z chwilą, kiedy wiemy (od Kościoła), że ona jest objawioną, bez względu na to czy mediate czy immediate, mamy w nią wierzyć, bo Pan Bóg ją objawił.

Pojęcie „*fides ecclesiastica*” jest nie do przyjęcia. Trudno pojąć, czemby ona właściwie była. Chyba nikt nie powie, że to jest specjalna cnota różna od *fides divina*.

Zresztą samemu autorowi, jak to wynika z jego powiedzenia na str. 14, nie bardzo to pojęcie „*fides ecclesiastica*” przypada do przekonania, kiedy mówi o niej, że „*non sine fundamento impugnata est*“.

Źródło tej niejasności, mamy wrażenie, leży w tem, że autor (jak i inni aż do najnowszych czasów t. j. do ukazania się magistralnego dzieła O. Marin-Sola: *Evolution du dogme*), nie dość zwracał uwagę na to, że przesłanki filozoficzne, przy pomocy których wyciąga się wnioski z prawd objawionych, mogą być różnego rodzaju i że nie każdy rodzaj przesłanek prowadzi do konkluzji wziętej w ścisłym znaczeniu. Przesłanki filozoficzne mogą być o pewności metafizycznej, fizycznej albo tylko moralnej. Jeśli będziemy się posługiwać przesłanką metafizyczną, wówczas konkluzja będzie jednorodna z przesłanką objawioną, czyli będzie zawierała w sobie wyraźnie to, co w przesłance objawionej było „*implicite*“. Taką konkluzję może Kościół ogłosić jako prawdę wiary i wtedy ona staje się dogmatem w ścisłym tego słowa znaczeniu. Jeśli natomiast przy wyprowadzaniu konkluzji użyjemy przesłanki filozoficznej o pewności fizycznej lub moralnej, wówczas konkluzja będzie zawierała coś, czego nie było w przesłance objawionej, czyli nie będzie jednorodną i takiej konkluzji Kościół nie może podawać jako prawdy wiary.

Wielką zasługę położył tłumacz, O. Hoffmann, uprzystępniając znajomość tak doskonałego dzieła tym, którzy nie znają języka niemieckiego.

Lwów

O. Romuald Kostecki O. P.

Rosenbaiger Kazimierz, O. dr., Franciszkanin, Dzieje kościoła OO. Franciszkanów w Krakowie w wiekach średnich. Kraków 1933, Biblioteka Krakowska, nr. 79.

In tam activa serie publicationum Bibliothecae Cracoviensis iam nr. 79 notantes, opus p. Rosenbaiger indicamus omnibus monasteriologiae studentibus. Subiectum suum est descriptio ecclesiae FF. Minorum Conventualium tempore Medii Aevi tam sub respectu historiae conventus quam historiae artis. De hac re iam d. Dr. J. Muczkowski a 1901 opusculum edidit, nihildominus p. Ro-

senbaiger non in vanum operam dedit: comparantes alterum cum altero libro, videmus, quantum plus potuerit eruere, investigacionibus historicis et publicato inibus fontium ab hoc tempore progressis.

Titulus operis definit laborem p. R: Ecclesiam describit, de conventu eiusque vicissitudinibus, de Ordine Minorum silens, ex dispersis mentionibus tamen facile erui protest eum in hac re bene versatum esse, quod ei non parvum auxilium erat ad bene dignoscendam evolutionem factorum ecclesiae.

Totum opus suum p. R. absolvit quinque capitibus, quorum contentum hic breviter enumeramus, daturi notitiam libri etiam linguae polonicae ignaris: I. Topographia coloniae franciscanae. Tempus introductionis eorum in Poloniā. Fundator ecclesiae Cracoviensis. Titulus ecclesiae. Facta concernentia ecclesiam usque ad s. XV. Aspectus ecclesiae exterior et interior. Hodierna remanentia eius temporis. II. Amplificatio ecclesiae s. XV. Facta eam concernentia s. XV—XX. Aspectus exterior et interior. III. Capellae: a) Ungarica-italica, b) muratorum et carpentiariorum — b. Salomeae, c) aurifaborum s. Eligii, d) Passionis, e) musicorum — s. Clarae, f) Matris Dolorosae. IV. Ambitus: aedificatio — series imaginum episcoporum Cracoviensium — picturae murales reliquias. V. Monumenta et epitaphia mediaevalia.

Ex hac enumeratione iam deducere possumus autorem, non nullis locis etiam extra Medium Aevum usque ad moderna tempora prosiliisse, quod valorem laboris non minuit, immo auget. Hic quoque notamus p. R. librum suum locupletasse multis 41 imaginibus ecclesiam variasque eius partes tum hodierni temporis, ium anteriorum repraesentantibns, quod non parvam delectationem legentibus addit.

De ecclesia FF. Minorum Cracoviensi decursu temporis multi errores historici vulgarisati sunt. Autor apparatus critico optime instructus eis finem ponit; timendum tamen, ne nihilominus eos ab ignaris progressus historici popularisatoribus propagentur. Meritum p. Rosenbaiger tamen intactum remanet. Quoad fundatorem, eum sine omni dubio videt in Henrico Pio, Silesiae et Poloniae duce († 1241), quoad tempus cum anno 1236/7 concordat. Verum est nos iam ante quindecim annos hanc thesim exhibuisse et falsitatem demonstrasse opinionis, nominantis Boleslaum Pudicum fundatorem. P. Rosenbaiger non solum nostram thesim eiusque demonstrationem suam facit, sed eam novis quoque argumentis firmat.

Alius error huiusmodi est titulus Corporis Christi, quem ecclesia primitus habuisset, demum postea in hodiernum s. Francisci mutatus. Error manifestus, non potuit tali titulo uti a 1237. Sed p. R. eum explicat. Titularem ecclesiae semper fuisse s. Franciscum asserit. Tempore amplificationis ecclesiae s. XV per totam longitudinem navis capella adiuncta est Corporis Christi.

Cumque hoc tempore FF. Minores Cracovienses imprimis cultu, Corporis Christi studebant, versio de primitivo titulo orta est. Quae capella hodie dum existit, tamen a tempore episcopi Szyszkowski, magni fautoris Franciscanorum (1617—31), haec capella propria erat confraternitatis Passionis et nomen Passionis ipsa accepit primitivo oblio. Erat primitus iuncta cum ecclesia per apertos arcus gothicis, postea muratos plene, ita ut hoc s. XV ecclesia aspectum duarum navium, satis rarum praebet. Quae explicatio ituli positivis pon potest nisi argumentis, nihil rerum contra eam toquitur et cum magna verisimilitudine accipienda nobis videtur.

Inter capellas ecclesiae, quae ceterum hodie non omnes in usu sunt, praeter Corporis vel Passionis Christi plurimum pro historia valet Ungarorum vel Italorum. S. XIV aedificata, primitus nationi Ungaricae, a s. XVI Italicae inserviebat. Quam permutationem bene p. R. explicat, altera ex parte diminutione coloniae Ungaricae Cracoviensis, altera quia imprimis s. XVI tum natio Italica Cracoviae multa et dives erat, tum inter FF. Minores Conventuales non pauci Itali inveniebantur, imo nonnulli ministri provinciales, quorum notissimi fuerunt Marcus a Turre, reginae Bonae secretarius (1517—38) necnon Lismaninus (1533 — electus). Denique capella BMatris Dolorosae possidet etiam nunc insignem imaginem, pictam versus a. 1440, unam ex pulchrioribus representationibus, multo frequentatam et a. 1908 coronatam.

Haec capella iam invenitur in ambitibus ecclesiae, etiam s. XV constructis, qui secundum usum temporis, totum quadratum formabant. In muris eorum s. XV series episcoporum Cracoviensium depicta est necnon plures picturae religiosae, quae omnia per posteriores dealbationes et vicissitudines multa passa, nostris temporibus saltem ex parte restaurari poterant. Imagines episcoporum s. XV etiam historicum valorem habent, ex religiosis picturis p. R. maxime aestimat „Christum in torculari mystico“.

Ex monumentis ecclesiae plus aliorum intersunt epitaphia ministri provincialis Martini atque dictum Boleslai Pudici. Hoc errorem esse et epitaphium, sculptum in fine s. XV, aliquem ignotum ducem praesentare autor probat. Quoad provinciale Martinum utimur occasione addendi nonnulla eius biographiae, adhuc ignota. Annus mortis eius 1494 constat ex epitaphio. Cetera de eo scimus unice ex celebre libro Biernacki, Speculum Minorum (Cracoviae 1688, p. 271—3), quae etiam p. R. affert: nimisrum eum Leopolitanum fuisse, electum Cracoviae a 1478, provinciam ad a. 1494 rexisse etc. Haec possumus et locupletare et emendare ex fontibus manuscriptis duobus, quorum alter est Archivi Generalis FF. Minorum Conventualium Romae ad XII Apostolos ms A 1, continens acta generalata ab a. 1490; alter est ms Chronologia conventus ad s. Joannem Brunae O. Min. Conv. collecta a D. 1658 a Joanne Impekoven, guardiano Brunensi, hodie quoque asservata in conventu FF. Mi. Conv. Brno Moraviae. Impekoven

paulo anterior nostro Biernacki cum magna sollertia ex actis et aliis documentis provinciae suam Chronologiam compilavit. Secundum hunc (p. 39—83) Martinus Leopolitanus erat minister annorum 1470—87, per annos 17, et mortuus est a. 1487. Annus mortis apud I. est falsus et propterea etiam anni ministeriatus apud Biernacki praferendi videntur. Tamen A 1 247 notat confirmationem ministri provincialis Martini a. 1490. Quod necessitat iam hoc anno successorem nostri Martini jam ministrum fuisse, alium Martinum, quem Biernacki „de Praga“ nominat, tamen eius ministeriatum demum a. 1495 incipit. De nostro Martino Leopolitano I. dicit eum virum egregium et literatum fuisse, sed in equitatu et familia modum excederat (p. 79). Mortem eius Cracoviae memorans adiungit eum auxisse argenteriam et clenodia Cracoviensia, quod venerationem gratiosam fratrum Cracoviensium et sculpturam monumenti explicat Oppositae opinione B. et I. tali modo nobis explicandae videntur: M. Leopolitanus minister fuit 1470—87, mortuus est demum 1494. Successor eius erat M. de Praga, electus a. 1487 Cracoviae 5 Octobri. Quae cum electio dubiosa esset (I. 83 v.) et inquisitione egeret, confirmatio eius longius protrahebatur. I. annum absolutionis ministerii cum anno mortis permutavit.

In fine nostrae recensionis non possumus, quin non gratulemur p. R. eius opus. Non sumus pares edicere opinionem de problematibus ex historia artis, in libro p. R. tractatis; quoad historiam Minoriticam strictius dictam, vidimus eum studium suum optime absolvisse et iam conclusivas opiniones edidisse. Methodus eius est certa, conclusiones bene fundatae, fontes et plene collecti et lege artis explorati. Qua fructum potest suam facere extictionem errorum nonnullorum et in verifica luce evolutionis ecclesiae enarrationem. Expectamus fortiter p. R. post tam fortunatum initium, suum laborem historicum non derelicturum esse, sed ulterius res franciscanas investigaturum, messis enim multa est et operarii pauci.

Pińsk

Camillus Kantak.

Rogalski Czesław, O., Bernardyni w Polsce T. I. Kraków 1933.

Do najbardziej zasłużonych pracowników monasterjologicznych w Polsce należy bezsprzecznie O. Czesław Rogalski. Mimo swoich lat przeszło 80, jak rozpoczął pracować na polu literackiem, a zwłaszcza przeszłości własnego zakonu oo. Bernardynów, tak i dziś jeszcze pełen świeżego ducha nie wypuszcza pióra z ręki. Przeszło 500 stron liczy dzieło jego, a jest to dopiero tom pierwszy pracy, która, jak można wnośić z wzmiątek, rozrzuconych w ciągu tekstu, trzy przynajmniej obejmowała. Za taki